

priamus, volentes nihilominus ratum et gratum tenere, quicquid viri idonei praedicti religiosi cum dicto censu decreverint ordinare. Actum et datum praesentibus nostris fidelibus strenuis viris Rud. et Jenk. de Gelnowe fratribus, H. de Kokericz et aliis quam pluribus anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> VII<sup>o</sup> Lipzk ante Laetare feria quinta. In cuius rei certitudinem seu evidentiam plenior praesentes litteras nostri sigilli iussimus consignari.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; an Fäden von rother und grüner Seide hängt das Reitersiegel mit einem Rücksiegel (Reiter mit der Umschrift: Secretum. Th. lantgravii. Thur.).

Auf der Rückseite der Urkunde von alter Hand: proprietas super unum talentum dictum Schulus. Wilkii Ticemannus. Cod. dipl. p. 198 sq.

No. 68. 1307. 19. Juni.

*Probst Albert und der Convent beurkunden, dass Nicolaus gen. von Wolfshain das Jahrgedächtniss ihres Mitbruders Heyso gestiftet hat.*

Nos Albertus dei gratia praepositus, Johannes prior totusque conventus canonicorum regularium ecclesiae sancti Thomae apostoli in Lypzk universis Christi fidelibus praesentem litteram inspicientibus cupimus esse notum, quod a Nycolao dicto de Wolwshayn confratre ecclesiae nostrae argenti accipimus sex marcas sub hac forma, ut plebanus ecclesiae nostrae sancti Thomae unum fertonem argenti in communi septimana et in die natalis domini unum fertonem praesentet priori nostri conventus ad peragendum anniversarium domini Heysonis confratris nostri pia recordationis, contradictione praepositi quicumque constitutus fuerit pro tempore qualibet non obstante. In cuius rei testimonium praesentem litteram dicto Nycolao cum appensione sigillorum nostrorum dedimus communitam. Huius rei testes sunt Conradus de Bur-nis, Heynricus de Brunswich, Symon de Vriberch, Johannes Haul, H. de Wizenvelz, Hermannus dictus Baurus, Jo. de Drilleuben, H. de Schonenvelt, Si. List, H. de Cyce, Jo. de Wrzyn, Her. de Hospitali, H. Caraz, Th. de Mirica, Her. de Wolwshayn, Con. de Ponte, Wilhelmus Corea, Her. de Pesna, H. de Nova civitate sacer-dotes et domini ecclesiae nostrae et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum anno domini M<sup>o</sup>.CCC<sup>o</sup>.VII<sup>o</sup>. feria secunda in die sanctorum Gervasii et Prothasii post dominicam Dominus illuminatio.<sup>a)</sup>

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Die beiden an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegel sind abgefallen.

a) In der Datirung ist ein Irrthum enthalten, indem der angegebene Heiligkeitag auf den Montag nach dem zunächst auf die Dominica Dominus Illuminatio folgenden Sonntag (Exaudi secundum) fällt.

No. 69. 1307. 6. Sept.

*Landgraf Dietrich überträgt das Patronatrecht der Kirche zu Schönefeld.*

In nomine domini amen. Nos Theodericus dei gratia iunior Thuringorum lantgravius, Orientalis marchio et dominus in Gröizs recognoscimus praesentibus